4

Cassat, mortificat et annihilat. Sibi Recognoscenti suiq[ue] posteris ratione præmissorum omnium perpetuum imponendo silentium.

1425

Zamoyski et Obrembski mutuo se Quietant.

Comparentes personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus 1334 Generosi Stanislaus Casimirus Zamoyski Capitaneus Sacræ Regiæ Maiestatis ab Vna, et Casimirus Obrembski ad præsens subdapifer Pernaviensis parte ab altera, Sanimentibus, et corporibus existentes a Terris Districtibus Fundis Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, præsentiq[ue] Iure Castrensi Capitaneali Præmisliensi Iurisdictioni, se ac bona sua hunc ad actum, Sucessoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo, palam libere publice ac perexpressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem. Suprascriptus Generosus Zamoyski suo et Generosæ Catherinæ Constantiæ Poiwdzianka Consortis suæ legitimæ pro cuius ratihabitione Cavet, ac se præsentibus inscribit nomine sese mutuo et invicem, Vna pars alteram cum posteris Vtriusq[ue] partis de Intercisa certa, inter se Recognoscentes præfatamq[ue] Generosam Zamoyska, ratione obligationis bonorum Villæ Worobeiowka, in Palatinatu Braclaviensi, Districtu vero Vinnicensi consistentium et aliarum certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa Contentarum, de actu et data illius in Krasnystaw die Vigesima Quarta Septembris Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octavo proxime præterito

Conscripti et confecta, manibus suis Recognoscentium et prae:
fata Gnosa Zamoyska propria ab utrinque subscripti et Actis
Castrens: Capitanealibus Crasnostaviens: sive aliis quibusvis
1926 Authenticis Regni cum interpositione Vadii summa Duo:
rum Millium Florenorum Polon: ad tenendum voluntatis suae
Inscriptionem Roboratoriam Castrens: Crasnostaviens: sive alia
quavis Authentica Regni Iurium tenore de praemissis cale:
entibus obtentam sibi ab invicem pro praemissis omnibusque ple:
nariam et sufficientem satisfactionem quietant emit:
tunt dimittunt, liberosque et absolutos perpetue pronun:
tiant. Inscriptionem ipsam eiusque Inscriptionem Roboratoriam
quamvis authenticam Regni in toto et per omnia Cassant
mortificant et annihilant, sibi Recognoscentibus suisque
posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo
silentium.

Dobrzanski Kulkowicz Jawor: skiemu Siwaczek Donat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Ca:
strensibus Praemisliensibus Gnosus Michael Dobrzanski
Kulkowicz Generosi olim Andreae Dobrzanski Kulko dicti
filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus
Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Com:
1932 petentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitane:
ali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc at:
tinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter o:
mnibus totaliter et plenarie incorporando atque subij:
ciendo palam libere publice ac per expressum recogno:
vit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria in:
frascripta, Videlicet totam et integram sortem Iwanowska
dictam cum Caza deserta et horto inter metas ab una
Laboriosi Iwani Drymicz ex altera vero parte Nobilis Gre:
horij Jaworski dicti Mocos od granicy do granicy z po:
miarkami do teyze części Iwanowskiey należącemi in bonis
Villa Jawora Stodulka Terra et districtu praedicta Prae:
mysliensi